Item volo, statuo et ordino quod, decedentibus prefatis filiabus / meis existentibus in dictis monasteriis ut supra et utraque earum, superstitibus infrascriptis filiis meys masculis vel aliquo seu aliquibus eorum aut aliquibus filiis seu descendentibus masculis legitimis et de legitimo matrimonio natis et procreatis seu nascituris et procreandis ex ipsis filiis meys masculis prefata²² Domus Caritatis seu domini ad eam tunc deputati teneantur et obligati sint libere relaxare et restituere eisdem filiis meys tunc superstitibus seu eorum filiis et descendentibus masculis legitimis et de legitimo matrimonio natis et ut supra tria ex dictis fictis libellariis, videlicet primum librarum septuaginta et soldorum octo imperialium omni anno, aliud librarum sedecim imperialium omni anno et aliud librarum vigintiocto et soldorum octo imperialium omni anno, quequidem tria ficta libellaria, eo casu decedentibus prefatis filiabus, revertantur in ipsos filios meos masculos tunc superstitibus eorumque filios et descendentes masculos legitimos et de legitimo matrimonio natos; et ubi altera ipsarum filiarum mearum decederet, tunc portio ipsius decedentis et que eidem prestari deberet ut supra revertatur ad dictos filios meos et eorum descendentes; ambabus vero decedentibus, tunc ipsa tria ficta libellaria integre relaxentur ut supra; aliud / vero fictum libellarium librarum triginta imperialium²³ omni anno irrevocabiliter remaneat ipsi Domui Caritatis ipsumque fictum libellarium ac directum dominium bonorum, super quibus prestatur ipsum fictum libellarium eadem Domui Caritatis, lego et iudico insuperque ipsam Domum Caritatis et dominos ad eam deputatos et qui per tempora deputabuntur onero et gravo ad fieri et celebrari faciendum omni anno usque in perpetuum etiam viventibus dictis filiabus meis tribus vicibus singulo anno missas Sancti Gregorii a dominis monacis Sancti Petri et Pauli de Inglassiate et in eorum ecclesia, constructa in Burgo porte Tonse Mediolani.

Item volo et ordino quod prefate filie mee moniales teneantur et obligati²⁴ sint singulis annis donec vixerint tribus vicibus pro utraque earum celebrari facere missas Sancti Gregorii, una cum offitio mortuorum, videlicet utraque earum in ecclesia sui monasterii et hoc omni anno donec vixerint.

Item volo, statuo et ordino quod decedentibus prefatis filiabus meis monialibus ut supra, non superstitibus aliquibus ex filiis meis masculis nec aliquibus eorum nec alicuius eorum filiis nec descendentibus masculis legitimis et de / legitimo matrimonio ut supra, quod eo casu dicta omnia ficta libellaria remaneant ipsi Domui Caritatis ac dominis ad eam deputatis, quibus eo in casu ipsa lego et iudico nomine ipsius Domus seu Schole Caritatis; volo tamen quod eo casu quo omnia ficta libellaria perveniant in ipsam Domum Caritatis quod domini ad eam deputati et qui per tempora deputabuntur teneantur et obligati sint singulo anno usque in perpetuum fieri et celebrari facere novem vicibus missas Sancti Gregorii in remedio et mercede anime mee testatricis, videlicet tribus vicibus in ecclesia Sancte Clare, tribus vicibus in dicta ecclesia Sanctorum Petri et Pauli de Inglassiate et aliis tribus vicibus in ecclesia Sancte Marie de Angelis fratrum Minorum observantie, constructa extra portam Novam Mediolani, et hoc singulo anno usque in perpetuum et pro anima mee²⁵ testatricis et hoc in casu quo ipsa omnia ficta libellaria in ipsam Domum Caritatis perveniant ut supra; ubi vero unum tantum ex ipsis fictis libellariis in eam perveniret ut supra, quod teneantur solum ad celebrari faciendum ipsas missas Sancti Gregorii tribus vicibus omni anno ut supra et prout supra /

²¹ *Segue li espunto.*

²² *Segue du espunto.*

²³ *Corretto su parola non comprensibile.*

²⁴ *Così in A.*

²⁵ *Così in A.*

Item volo et statuo quod prefati domini deputati Caritatis non possint dicta ficta libellaria nec aliqua eorum liberare neque vendere aut alienare nisi cum consensu et instrumento filiorum et heredum meorum ac prefatarum monialium.

Item volo et mando quod ubi, et cetera.

Item prelego, et cetera.

In omnibus autem aliis meis bonis, et cetera.

Copia del testamento e dei codicilli testamentari di Ambrogio Raverta²⁶
1499 settembre 3, Milano - 1504 dicembre 10, Milano




Fig. 2. Testamento di Ambrogio Raverta
1499 settembre 3, Milano

Copia testamenti et codicillorum domini Ambrosii de Ravertis

In Nomine Domini.

Anno a nativitate Eiusdem millesimo quadringentesimo nonagessimo nono, indictione tertia die martis verum tertio mensis septembris.

Divina sapientia moralisque scientia nos instruunt et ortantur ut, dum homo vivit et in bona et recta loquela existit, taliter bona sua ordinet et de eis disponat quod inter posteros suos²⁷ lis aliqua, contentio aut discordia non oriantur nec oriri possint; et cum mors et vita in manu Dei omnipotentis²⁸ sint et melius sit sub metu mortis vivere quam sub spe vivendi ad mortem subitanam pervenire, id circho ego, in Dei nomine Ambrosius de Ravertis, filius quondam domini

²⁶ ASMi, Notarile, filza 1891, notaio Antonio Zunico *quondam* Beltramino.

²⁷ *Segue lix espunto.*

²⁸ *omnipotentis in A.*

Iosep, porte Nove parochie Sancti Benedicti Mediolani, sanus mente et corpore, ac boni et sani intellectus, nolens ab intestato decedere, nec bona mea inordinata relinquere, procuram et procuro facere prout in presentia tui notarii notariorumque et testium infrascriptorum²⁹ per me ore meo proprio ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, facio hoc meum presens testamentum nuncupativum sine scriptis, quodquidem vollo, iubeo et mando vallere et tenere debere et quod valeat et teneat iure testamenti nuncupativi sine scriptis, / et si non valleret neque teneret seu vallere et tenere non posset iure testamenti nuncupativi sine scriptis, illud volo, iubeo et mando valere et tenere debere et quod valeat et teneat iure codicillorum, et si non valleret et non teneret, seu vallere et tenere³⁰ non posset iure codicillorum, illud volo, iubeo et mando valere et tenere debere, et quod valeat et teneat iure donationis causa mortis, quam feci et facio tibi notario infrascripto, persone publice, presenti, stippullanti et recipienti nomine et vice et ad partem et utilitatem infrascriptorum et cuiuslibet alterius persone cuius interesse potest et poterit, ut infra. Et si non vallerit neque tenerit seu vallere et tenere non posset iure donationis causa mortis, illud volo, iubeo et mando vallere et tenere debere, et quod valleret et teneat iure mee bone et ultime voluntatis, et omnibus modo, iure, via et forma, quibus melius vallere et tenere debere potest et poterit, ut infra, videlicet:

Imprimis namque recomendo animam meam omnipotenti³¹ Deo totique curie celesti; /

Item volo, iubeo et mando quod, si in me pervenisse reperiantur aliqua male ablata, quod illa statim reddantur seu restituantur per infrascriptos heredes meos post mei decessum et illi seu illis cui seu quibus erunt restituenda de iure.

Item³² casso, irrito, revoco et annullo et nullius vallis et momenti esse volo, iubeo et mando omnia alia testamenta, codicillos, donationes causa mortis et ultimas voluntates per me hinc retro factas et conditas, et omnia et singula in eis et quolibet eorum contenta, etiam si in eis vel aliquo eorum essent aliqua verba derogatoria, de quibus ad presens me oporteret specialiter facere mentionem et de quibus facerem etiam de verbo ad verbum, si de eis recorderer, et hoc quoniam me penituit et penitet illos, illas et illa fecisse et condidisse, et volo, iubeo et mando hoc meum presens testamentum seu ordinamentum ceteris prevalere et omnibus aliis esse derogare.

Item³³ si et quotiens venerabiles domini abbas et monaci monasterii Sancti Petri de Inglasiate, / ordinis Sancti Benedicti Mediolani, et etiam domini prior et fratres Sancte Marie de la Misericordia, ordinis Heremitarum congregationis Sancti Augustini syte in territorio de Inzago plebis Gorgonzolle, ducatus Mediolani, habuerint dispensationem opportunam possendi succedere in huiusmodi legato, cum derogatione statutorum et decretorum in contrarium disponentium, absque eo quod notarii et³⁴ testes infrascripti incurant in penam aliquam adiectam per statuta et decreta et non aliter, lego et iudico ipsis monasteriis nec non ipsis dominibus abbati et monacis, priori et fratribus dictorum monasteriorum directum dominium et civilem possessionem illorum bonorum immobilium³⁵ sytorum in porta Vercelina, parochia Sancti Iohannis supra Murum Mediolani, super quibus per nunc quondam magnificum dominum Franciscum de Birago Nicholao de Seraticho prestabatur fictum libellarium ad computum libellarum octuaginta imperialium omni anno, ut publicis patet instrumentis, quod fictum libellarium prestabatur domine Ellene de Beaquis, olim matri dicti Nicholay, secundum formam instrumenti investiture libellarie traditi per³⁶ *** / notarium Mediolani, anno et die in eo contentis, et quod fictum libellarium nunc prestatur per filios et heredes dicti domini Francisci michi testatori, heredi dicti Nicholai, professi ordinis Predicatorum; item ipsa bona et iura respectu directi domini et civilis possessionis; item ius petendi et consequendi annuatim dictum fictum libellarium, salvis tamen iuribus que in predictis habeant Leo et Iohannis

²⁹ *Segue ad hec speti espunto.*

³⁰ *Segue et espunto.*

³¹ *omnipotenti in A.*

³² *A margine: Revocatio alterius testamenti.*

³³ *A margine: Legatum Monasterii Sancti Petri de Inglasiate.*

³⁴ *Segue infrascripti espunto.*

³⁵ *innobillim in A.*

³⁶ *Segue spazio bianco ove andava scritto il nome del notaio.*

Andreas fratres de Beaquis ac dompna Margarita de Seratico, professa monasterii Sancte Margarithae Mediolani; volo tamen quod heredes mei³⁷ teneantur relevare dictos legatarios et bona predicta a dictis fratribus de Beaquis ac dompna Margarita, taliter quod ipsi legatarii consequantur annuatim dictum fictum libellarium dictarum librarum octuaginta imperialium in anno, et volo quod dicti legatarii possint propria auctoritate predictum legatum capere, consequi et habere, absque eo quod illud capiatur de manibus heredum meorum. Volo tamen quod si dicti / emphiteote tempore obitus mei habere reperirentur pactum vel gratiam possendi se liberare a prestatione dicti ficti libellarii, quod dimidia pretii que spectaret dicto monasterio de Inzago illico vertantur in aliud predium vel de ea fiat depositum ad ipsum effectum.

Item³⁸ remitto ipsis dominis abbati et monachis dicti monasterii Sancti Petri de Inglasiate illas libras ducentum imperialium, de quibus sum creditor dicti monasterii, occasione mutui, et predicta legata dicto monasterio³⁹ Sancti Petri de Inglasiate, tam in presenti quam proxime precedenti capitulis, lego pro dotte unius capelle constructe in ecclesia eorum monasterii sub vocabulo Sancti Michaelis, ad effectum ut unus monachus singullo die celebret unam missam ad altarem dicte capelle pro anima mea.

Item⁴⁰ volo, iubeo et mando quod venerabiles domini Gregorius de Beaquis, presbiter, Iacobus de Lonate et Franciscus de Alzate, filius quondam domini Iohannis, habeant facultatem de bonis meis dandi seu dari faciendi Susane filie mee si / non erit nupta tempore obitus mei, id quod ipsis tribus, seu duobus ex eis, videbitur, dummodo non excedat quantitatem librarum quatuor mille imperialium.

Item⁴¹ prohibeo alienationem bonorum meorum immobilium quovismodo, quia volo ea remanere debere⁴² heredibus meis et successoribus descendentes eorum de legitimo matrimonio in stirpes et non in capita, idest in descendentes filiorum meorum masculos de legitimo matrimonio, cum onere dotandi feminas de eisdem et ipsis masculis descendentes, quomodocumque volo bona mea pervenire debere in hospitale Pietatis Pauperum Christi Mediolani pro tertia parte, item in schollam Quatuor Mariarum Mediolani pro una alia tertia parte, et in Domum Caritatis, porte Nove Mediolani, pro reliqua tertia parte, absque aliqua detractone quam prohibere possum.

Item⁴³ lego et iudico, amore Dei, hospitali Pietatis Pauperum Christi Mediolani brentas duodecim vini, et hospitali Novo et Magno Mediolani brentas sex / vini, et hoc quolibet anno usque ad decennium immediate secuturum diem mortis mee, quod vinum volo consignari debere in dictis hospitalibus expensis ut infra, salvo quod ipsa hospitalia relevant solventes a datio ipsius vini, si datium erit solvendum.

In⁴⁴ omnibus autem aliis meis bonis mobilibus et immobilibus ac se moventibus iuribus infrascriptis et nominibus debitorum ac aliis que habeo in die obitus mei relinquam, michi instituo⁴⁵ heredes universales fore, meo proprio nominando et nominari, et nomino Iohannem Ieronimum et Petrum Augustinum filios meos legitimos, et quemlibet alium filium legitimum ex me nasciturum, suosque descendentes masculos legitimos de legitimo matrimonio, in stirpes et non per capita, cum onere dotandi feminas condecenter de legitimo matrimonio, si aderunt, cum prohibitione tamen alienationis ut supra, ad effectum ut supra.

Item⁴⁶ lego et iudico ac iure institutionis relinquo domine Iacobine de Beaquis, matri mee, / liberationem cuiuslibet crediti mei, quod contra eam habeo, et ulterius eadem matri mee lego et

³⁷ *Segue i espunta.*

³⁸ *A margine:* Legatum prefati monasterii.

³⁹ monasterii in A.

⁴⁰ *A margine:* Legatum pro dote filie sue.

⁴¹ *A margine:* Prohibitio alienationis.

⁴² *Segue debere ripetuto.*

⁴³ *A margine:* Legatum Pietatis.

⁴⁴ *Corretto su Item. A margine:* Institutio.

⁴⁵ institutio in A.

⁴⁶ *A margine:* Legatum matri tris.

iudico et iure institutionis relinquo, singullo anno in vita⁴⁷ sua, libras trecentum viginti imperialium per eam consequendas in et super infrascripta medietate pro indiviso bonorum meorum, de qua infra, et ulterius eydem matri mee lego et iudico fornimenta et utensilia domus ad eius discreptionem, et etiam lego eydem habitationem in sedimine habitationis mee, etiam ad eius discreptionem donec vixerit, et volo quod ipsi⁴⁸ matri⁴⁹ mee liceat, etiam⁵⁰ propria auctoritate, huiusmodi legatum et dictas libras trecentum viginti imperialium singullo anno consequi et habere in et super medietate bonorum meorum de qua infra, et confessiones facere, prout possem ego testator si viverem.

Item⁵¹, salvis premissis et infrascriptis et sine eorum preiuditio, lego et iudico Lucie de Marliano, uxori mee, toto tempore vite sue, dummodo non transeat ad alia vota, / usum fructum et gaudimentum medietatis pro indiviso quorumcumque bonorum meorum per me relinquendorum in hereditate mea, exceptis legatis dictis monasteriis⁵² ut supra, ita tamen quod per prius et ante omnia ex redditibus dicte medietatis dictorum bonorum dentur et solvantur dicte matri mee dictas libras trecentum viginti imperialium in anno, et residuum abinde supra sit et esse debeat dicte uxoris mee, salvo quod volo quod dicta uxor mea exoneret heredes meos, vivente dicta matre mea, singullo anno a dicto legato vini ut supra; et ab eo quod solvendum erit pro exoneratione ut supra annuatim solvendi, donec extincta erunt iura dictorum de Beaquis et dicte dompne Margarite de Seratico debite refferendo. Mortua autem dicta matre mea, volo, iubeo et mando quod dicta uxor mea habeat et eydem uxori mee, dummodo non transeat ad alia vota, lego et iudico usumfructum et gaudimentum dicte medietatis dictorum bonorum meorum per me relinquendorum toto tempore vite sue, dummodo non / transeat ad alia vota ut supra, cum onere medietatis dicti legati vini et illius quod solvendum erit pro exoneratione ut supra.

Item lego et iudico, amore Dei, tribus filiabus nubendis domini Beltrami Scarselle libras ducentum quinquaginta imperialium sibi dandas infra quinquenium post obitum meum, scilicet libras quinquaginta imperialium annuatim ex redditibus seu fictis bonorum meorum de Inzago.

Item⁵³ lego et iudico etiam, intuitu pietatis, Blasio de Lodesano dicto de Ravertis, stanti mecum, alimenta condecencia secundum statum suum, tam respectu vestimentorum quam alimentorum, cibariorum ac etiam medicinalium, ac habitationis et aliorum necessariorum toto tempore vite sue; que alimenta volo prestari debere per dictam uxorem meam pro tertia parte, et per suprascriptos heredes meos pro residuo durante vita matris mee; mortua autem matre mea, volo ea alimenta solvi debere / per dictam uxorem meam pro dimidia, et per heredes meos pro altera dimidia; extincto autem usufructu dicte uxoris mee quandocumque, volo ipsa alimenta prestari debere per heredes meos.

Item lego et iudico venerabili Fabrice ecclesie Mayoris Mediolani, seu dominis deputatis ad eandem, nomine ipsius Fabrice, brentas sex vini singullo anno usque ad trienium post obitum meum, quod vinum volo consignari debere ad ipsam fabricam, dummodo fabrica relevet solventes a datio, quod vinum solvatur eo modo quo solvendum est aliud vinum, ut supra.

Et predicta feci et facio quoniam sic⁵⁴ mea bona et ultima voluntas voluit et disposuit, et vult et disponit.

Et de predictis, et cetera.

Actum, et cetera. Adsunt duo pronotarii et quinque testes.

⁴⁷ *Segue mea espunto.*

⁴⁸ *Corretto su ipsa.*

⁴⁹ *Corretto su mater.*

⁵⁰ *Aggiunto in sopralineo.*

⁵¹ *A margine: Legatum ususfructus factum uxori.*

⁵² *Segue factis espunto.*

⁵³ *A margine: Legatum Blaxii de Lodesano.*

⁵⁴ *Segue voluit espunto.*

Ego suprascriptus Iohannes Petrus de Amadeis predictis pronotario interfui ut supra et⁵⁵ die suprascripto subscripsi, in presentia dicti notarii. Adest altera singulis subscriptio alterius / pronotarii.

Ego Antonius de Zunigo, filius quondam domini Beltrami, civitatis Mediolani, porte Horientalis, parochie Sancti Simplizianini, publicus imperiali auctoritate notarius⁵⁶ dictis anno indictione et die ut supra presens interfui⁵⁷ rogatus tradidi et eodem die subscripsi, ac eo die presens fui ad videndum et vidi fieri dictas subscriptiones eodem die factas et ita atestor et afirmo.

Postea⁵⁸ vero, similiter, in nomine Domini.

Anno a nativitate Eiusdem millesimo quingentesimo quarto, inditione octava, die martis decimo mensis decembris.

In presentia mei notarii notariorumque et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum, dictus dominus Ambrosius de Ravertis, filius quondam dicti domini Iosep, dictarum porte Nove, parochie Sancti Benedicti Mediolani, sanus mente et boni et sani intellectus, licet egrotus corpore, qui dicto⁵⁹ anno⁶⁰ 1499, indictione tertia⁶¹, die martis tertio dicti mensis septembris, fecit seu condidit dictum eius testamentum seu ordinamentum per instrumentum rogatum / per me notarium ut supra, et memorie habens omnia in eo contenta, ut dixit, nunc vero codicillando et non revocando, propterea dictum testamentum nec contenta in eo, salvo ut infra, sed eodem addendo et de eo diminuendo respectu ut infra, fecit et facit ut infra, videlicet:

Imprimis revocat et annullat dictum capitulum factum in favorem Susane filie sue, quia ipsa ingressa est monasterium et sibi satisfactum est, et vult eam stare debere tacitam et contentam de eo toto quod pro ea expeditum est pro ingressu religionis.

Item revocat legatum factum in eo testamento seu ordinamento tribus filiabus domini Beltrami Scharselle et contenta in eo legato.

Item elligit sepulturam in ecclesia monasterii Sancti Petri de Inglasiate, ubi designata est capella ipsius codicillantis.

Item legat et iudicat etiam pro benemeritis Tonole de Ranzolitis⁶² nuncupate de Ciserano, ancille sue, alimenta, videlicet: cibi, / potus, vestimentorum, alimentorum et medicinarum et soldos viginti imperialium pro singulo mense, ipse stante in domo mea, vel libras quinquaginta imperialium in anno loco dictorum alimentorum et dictorum soldorum viginti imperialium, et in vita sua tantum, in electione heredum codicillantis, que alimenta prestari debeant per heredes codicillantis in domo eorum habitationis, vel ipsi denarii solvantur per heredes, non autem per ipsius codicillantis uxorem usufructuariam, et ulterius vult in omnem casum sibi satisfieri debere, de mercede sua temporis preteriti.

Item legat heredibus quondam Antonii de Ciserano liberationem cuiuslibet crediti quod contra eos habet.

Item legat et iudicat Iacobo brentatori in domo, Germano barbitonsori in domo, et Francisco dicto Galantino famulo in domo ipsius codicillantis, mantellum unum, biretum unum et caligas duas drapi lane⁶³ brune pro singullo, una vice, et sibi satisfiat de mercede seu resto mercedis / temporis presenti.

Item vult, iubet et mandat quod heredes ipsius codicillantis prestent alimenta⁶⁴, cibi, potus, vestimentorum et calziamentorum ac habitationis Galeaz de Alzate, stanti in domo ipsius

⁵⁵ *Segue iussu (lettura incerta) espunto.*

⁵⁶ *Segue parola espunta di natura incerta.*

⁵⁷ *Lettura incerta.*

⁵⁸ *A margine: Codicillus.*

⁵⁹ *Segue die espunto.*

⁶⁰ *Segue 1549 espunto.*

⁶¹ *Segue die espunto.*

⁶² *Lettura incerta.*

⁶³ *Lettura presunta.*

⁶⁴ *Segue ip espunto.*

codicilantis, vel ipsi heredes annuatim dent dicto Galeaz libras quadraginta imperialium, donec et quousque ipse Galeaz compleverit etatem annorum triginta et non ultra.

Item vult, iubet et mandat quod heredes dicti codicilantis dent, amore Dei, cuilibet filie nubende et que nubet post mortem ipsius codicilantis, scilicet cuilibet filie Iacobini de Pecoris nubende ut supra, libras viginti⁶⁵ quinque imperialium, scilicet tam nate quam nasciture, sibi dandas per heredes codicilantis, non autem per uxorem usufructuariam, ita tamen quod per mortem alicuius nec aliquarum ipsarum ius non crescat viventi nec viventibus ipsarum.

Item adveniente casu mortalitatis vitium, aut pruine, aut tempestatis, taliter quod vinum non esset super possessionibus codicilantis quod esset sufficiens pro uxu uxoris, heredum / et familie sue, quod tunc vinum dandum in illo tali anno dari posset in sequenti anno.

Item vult quod satisfiat heredibus quondam Carleti Vicecomittis de eo quod sibi debetur secundum libros dicti codicillantis.

Item protestatur quod a Ieronimo eius filio habuit satisfactionem et legalem rationem quorumcumque per eum administratorum de bonis ipsius codicillantis, ab hodie retro, taliter quod de predictis in aliquo non est debitor, et in ceteris dictum testamentum seu ordinamentum alias factum ut supra et contenta in eo confirmat.

Et de predictis⁶⁶ dictus codicillans rogavit me Antonium de Zunigho, notarium infrascriptum ac notum et cognitorem dicti codicillantis, ut publice conficiam instrumentum unum et plura, etiam de quolibet capitulo de per se, si expedierit.

Actum in domo habitationis dicti codicilantis, sita in dictis porte Nove, parochie Sancti Benedicti Mediolani, presentibus duobus pronotariis et quimque testibus, et cetera.

Ego suprascriptus Alesander de Mantegatiis, notarius ut supra, predictis et pronotario noto interfui ut supra; et in presentia dicti domini⁶⁷ Antonii de Zunigo, notarii subscripsi dicta die, et cetera. /

Ego Antonius de Zunigho, filius quondam domini Beltrami, civitatis Mediolani, porte Horizontalis, parochie Sancti Simplizianini, publicus imperialis notarius, rogavi et tradidi et scripsi ac atestor et affirmo in imbrevisiuris dictorum instrumentorum factas fuisse subscriptiones requisitas ex forma statutorum communis Mediolani in omnibus et per omnia, secundum formam statutorum communis Mediolani.

⁶⁵ *Segue imperialium espunto.*

⁶⁶ *Segue rogav espunto.*

⁶⁷ *Lettura incerta.*

BIBLIOGRAFIA SOMMARIA DI RIFERIMENTO

F. ALEMANI, *Il terzo incomodo. Il marito Ambrogio Raverta con la discendenza legittima*, in Storia **in** Martesana - Rassegna on-line di storia locale, 2, Melzo, 2009

B. BELOTTI, *Per il ritratto fisico e morale della contessa di Melzo*, "Archivio Storico Lombardo", LVI (1929), pp. 121-127

F. LEVEROTTI, *Lucia Marliani e la sua famiglia: il potere di una donna amata*, in *Donne di potere nel Rinascimento*, a cura di L. Arcangeli e S. Peyronel, Roma, Viella, 2008, pp. 281-311

G. PORRO LAMBERTENGHI, *Lettere di Galeazzo Maria Sforza duca di Milano*, "Archivio Storico Lombardo", V (1878), pp. 652-660

F.M. VAGLIENTI, *Marliani, Lucia*, Dizionario biografico degli italiani, volume 70, Roma, 2008, pp. 611-613

S. VILLA, *"La fanciulla più bella di Milano"*, *Lucia Marliani, la realtà storiografica e l'immagine romanzesca*, in Storia **in** Martesana - Rassegna on-line di storia locale, 2, Melzo, 2009